Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift

debeat. sequtur ubi suus samuel insinuat. Sequ-
entur. Dixitq; samuel coquo. Da partem quam dedi
tibi. et precepi ut reponeres seorsum apud te. Et coquus
qui parat et ministrat qbus inuitatis tuba reficiendi
debeat. intellectum plani credimus euenire posse figu
rari. qui subditis corda. celesti pascere debet
alimonia. Olla ut inquit spalis ille animarum
cibum. ex dulcedine ubi di effectus coquitur. cor
doctoris in integrum accipitur. Ignis autem eidem
olle supponendus est dilectio di. et igni spe sci.
Leuauit autem coquus armum. et posuit ante
saul. Per armo intelligi potest ardua et specia
lis conuersatio uite spalis. cui ille per ceteris debet
studere. qsi se et subditos secundum uoluntatem di
rege desidat et docere. Talis iste armus. ab olla
illa quippe minime leuari non potest. nisi tridens
fuscinula adhibeatur. in cui primo dente hominis
intentio. in secundo sanua meditatio que car-
nis et afflictio. in tertio perfecta operatio designatur.
Dixitq; samuel. Ecce qd remansit pone ante
te et comede. qa ex industria seruatum est. quod
populum uocauit. Hec uba samuelis. uba omnipo
tentis. uicarium suum mundum instituit monentis
et edocentis. Pone inquit ante te et comede. Ac
si dicat. Scribe ante te legem meam. in ea uiues.
in ea meditabis. comede. i. te ipsum et subditos
assidua ubi mei dulcedine impsenti refice.